

noctare sinit in honorem ipsius, ut illi confici curaret arcam, et uestimenta scilicet sepulchralia, non transgreditur; sed non sunt sepelientes illum in sepulchris patrum ipsius, potius autem duo loca sepulchorum domus iudicii afferentes confici curant, unum gladio interemtis, et strangulatis, alterum lapidatis et combustis.

Postremo ad sepulturam STEPHANI acceditur, quam LVCAS commemorat ab AMICIS eius factam esse: 1) συνεκομισαν δε τον Στεφανον αὐδεσσ εὐλαβεις, και ἐποιησαντο κοπετον μεγαν ἐπ αὐτῳ. Manifeste igitur apparet ex his assertis, quod sepultus quidem sit, id quod cuius, qui supplicio extinctus erat, accidit. Omnes enim REI occisi ex DEI mandato debebant sepeliri. Verum quod ad modum sepulturae spectat, illum honestiorem, quam reliquis occisis contingebat, fuisse contendeo. AMICI enim eius, aequae ac IOSEPHVS ab Arimatbia fecit, qui sibi CHRISTVM in suo sepulchro sepeliendum a PILATO expetiit, m) sibi ipsis illum sepeliendum expetere poterant a Synedrio magno, quod Senatus sunimus inuitus licet permisisse uiderur. LVCAS nimirum memoriae prodidit, quod uiri boni ac honesti eum sepeliuerint, imo eo usque processerint amoris, ut contra legem publicum plandum de STEPHANO occiso ederent, hunc enim prohibet codex SANHEDRIN: n) בְּלֹא חֵי מִתְאַבְּלֵין אָבֶל אָוְנְכֵין שָׁאֵין אֲנִיכּוֹת אֶלָּא בְּלֵב Et non sunt plangentes id est propinquos suos occisos, sed lugent de illis; nullus enim est luctus nisi in corde. LVCAS uero autore: ἐποιησαντο κοπετον μεγαν επ αυτῳ, hoc est, non solum cordis luctu dignus aestimabatur MARTYR, sed et, praeter eum illum aliis afficiebant honoribus funebribus.

1) Act. Cap. VIII. u. 2.

m) MATTHAEI Cap. XXVII. uersu 60.

n) Cap. VI. §. 6. folio Editionis Tritendinae 188. col. 1.